

The image shows the front cover of a book. The cover is decorated with a marbled paper pattern in shades of blue and gold. The spine of the book is a solid light blue color. On the lower left side of the cover, there are two white rectangular labels. The top label has the word "Rara" printed in red. The bottom label has a green horizontal bar at the top, followed by the number "75" and the number "12102" below it.


**Rara**

75

12102

48175 | 12102 (5)

Compendio de  
la Leyenda de  
San Juan



**Cōvocatio Genera  
lis Concilij ex parte  
Principum.**

Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mostly illegible due to fading and bleed-through.



48/75/12102 (5)

JKK

# Copia Convocationis Generalis Concilij ex parte Principum.



**C**edula presentis cedula seu  
Instrumenti. Lunctis pateat evidenter et sit notum  
q anno a Natiuitate dñi. Millesimo quingentesimo  
vndecimo / Inditione quartadecima die Veneris /  
Sedecima Mensis Maij. Pontificat' Sanctissimi  
dñi nostri. dñi Julij diuina puidetia pape secūdi. Anno octauo Cōs-  
tituti coram nobis Notarijs publicis et testibus infra scriptis nobi-  
les viri dñi / Comes Hieronymus Megarolus / Anthonius de capi-  
tibus Dace / et Ludouicus foella. Omnes equites sacratissimi ac seren-  
nissimi dñi Maximiliani Romanorū Electi Imperatoris semp Au-  
gusti. procuratores / Necnō spectabiles iuris consulti diuini Joannes  
Byrogus / frācisus de Daccis / et Balthasar platus. Christianissimi  
et Serenissimi dñi Ludouici francoꝝ regis / ac ducis Mediolani si-  
militer procuratores / et procuratorū nominibus ad infra scripta suffi-  
cienti mandato suorū principum muniti / pposuerunt et dixerunt se-  
quentia verba videlicet. Qu cum Imperatores Romanorū et fran-  
corum Reges fuerint semp sanctores cōstantissimi Christiane fidei / et  
Sancte Ro. Ec. et ppu gnatores indefessi ac defensores acerrimi / et  
omnia catholice fidei et Ecclesie Romane obstacula et scādala / nullis  
laboribus / nullisq; periculis in illorum extirpatione parcentes. Et sa-  
cratissimi moderni Romanorū Imperator et francoꝝ rex supra no-  
mianati dñi nobis obseruandissimi Officij sui p̄dicti nō immemores  
Sed maiorū suorū inherendo vestigijs / et cōsiderantes quāta reipu-  
blice Christiane generalia Concilia vniuersalis Ecclesie attulerint cō-  
moda. Quācūq; detrimēti ex eorum intermissione re publica sit passa  
Quodq; in p̄sentiarū clare conspiciunt / magnam instare necessitatem  
Vniuersalis Concilij cōgregandi. p vera pace christianoꝝ fundāda  
Et sufficienti bello cōtra infideles stabiliendo / et pro extirpatione he-  
resim et errorum in diuersis mundi partibus superiorū negligentia  
pullulantū / Et similiter scismatū et diuisionū / Necnō potissime. p re-  
formatione morū vniuersalis ecclesie in capite et in mēbris plurimum  
collapsorū / Ac emendatione criminū grauissimorū notoriorū conti-  
nuorum / aut incorrigibilū Vniuersalem Ecclesiam scandalisantū /

Quorū omniū salutaris ⁊ vnica medicina cōgregatio vniuersalis Cō  
cilij semp̄ est habita. Cūq; tēpus decēnij post vltimū vniuersale Con  
cilium iam dudum sit effluxum/ ⁊ saluberrima Decretali cōstitutione  
vniuersalis Ecclesie irreuocabili ac irreuocata In sacratissimo Con  
stantiensi Concilio edita/ que incipit. *f*requens/ singulis decēnij vni  
uersale Conciliū cōgregari debeat/ Et Summus Romanus Pōtifer  
modernus/ cui primo cure esse debeat illud cōuocandi/ tanto tpe hoc  
neglexerit/ maxime cū iurauerit ⁊ vouerit post biennium A creatione  
sua illud teneri debere/ Et ne dum negligens in pcepto Ecclesie et Con  
cilij/ Sed voti ⁊ iuramenti huiusmodi transgressor illud nō tenuerit/  
tempus qd̄ inter pollet p̄ homine/ Cum nūq; sua auctoritate/ aut vo  
luntate futurum Cōcilium credat/ Cūq; de grauib; Ecclesie scandalis  
in capite agendū sit/ quo casu Iuxta patrū sanctiones/ ⁊ ipsius Sacri  
Concilij Constantiē. decreta ad Summū Pontificē/ Concilij Con  
uocatio nō attineat/ et Reuerendissimi dñi S. R. Ec. Cardinales ad  
ad quos scdo loco in similibus casibus cōuocatio Concilij spectaret  
diuersi videant/ Et hi qui cum Summo Pontifice moram trahunt/  
vel fere quia non sunt liberi/ Aut forsan ex negligētia/ aut alia ex causa  
non existiment hmoi cōuocationi p̄nunc velle assistere vel assentire.  
Pluresq; Reuerendissimi dñi Cardinales/ qui a Curia Romana. les  
gittimis ex causis sunt absentes/ Et aliqui eorum in Lombardia sunt  
cōgregati/ hmoi Concilij cōuocationē p̄ superioribus causis secuti/  
Zelatores domus dei cordialiter efflagitent/ ⁊ erinde em̄re deposcant/  
Quod etiam a nobis p̄curatoribus instanter requisiti/ cōuocauerūt  
⁊ indixerunt. Pro debito ergo quo Principes n̄ri supradicti Christo  
dño redemptori ⁊ creatori tenent/ ac splendori sue sanctissime sponse  
Romane ⁊ Vniuersalis ecclesie ac paci ⁊ incrementō fidei obligantur/  
Eorū auctoritate et Mandato/ ⁊ de eorum certa sentētia/ ⁊ spontanea  
vpluntate quantū iure melius possumus ⁊ debemus nomine supra  
dictorum Concilij generale vniuersalis Ecclesie indicimus et conuo  
camus/ ⁊ quantū in nobis est effectualiter congregari ⁊ monemus ⁊  
hortamur futurū in Ciuitate Pisana/ ad Kalendas Septēbris pro  
ximi futuri inibi inchoandū/ cōtinuandū/ ⁊ terminandū vsq; ad diffi  
nitionē superiorū causarū/ nisi de consensu maioris partis congregā  
torum in Concilio aliqua legitima causa/ ad aliū locū cōmodiorem  
transferendū sit/ Quapropter cum omni reuerētia ⁊ humilitate ac ins  
stantia Sanctissimū dñm nostrū Juliu Papam scdm/ nomine quo  
supra supplicamus/ ⁊ p̄ viscera misericordie dei nostri requirimus. vt  
huic vocationi Concilij predictis causis assentire dignetur/ ⁊ illud p̄

sonaliter / vel per legatos suos honorare et confirmare. Similiter et Res  
uerendissimos dños S. R. E. Cardinales / Patriarchas / Archiepos /  
Reges / Principes et Potentatus / Necnon alios Ecclesie Prelatos /  
Comunitates / et Dñueritates studiorum generalium Collegia ac Reli  
gionum Generales et Magistros / et in Concilijs generalibus Bucto  
ritate diffiniendi ac consulendi habentes / et ad Conciliū de iure venire  
soltos et obligatos / Cōuocamus et requirimus / Ut per se vel solenes  
Oratores vel Procuratores / Si cōmode psonaliter interesse non po  
terunt ad Conciliū ipsum loco et tpe quibus supra accedere dignentur /  
Procuraturi quantum in eis est / vt Conciliū sit liberū / tutū / et securum /  
et in eo iuxta formā Concilij Constantiensis. procedatur ad honorem dei  
ecclesie splendore / pacē christianorum / ac extirpationē infidelium. Quorum  
obseruandissimi ipsi nři principes / et dñi nostri nobis metuendissimi  
p viribus suis offerunt se et ecclesie se effectualiter pcuraturos et fa  
cturos / Necnon eorum nomine Auctoritateqz Sanctissimi dñi nři /  
et reuerendissimos dños Cardinales iuxta formā aliorum Conciliorum  
hortamur et requirim⁹ / vt a quatuor causis / q̄ maxime possent hmoi  
sanctam cōgregationē impedire / abstinere etiam dignentur / scilicet a  
creatione nouorum Cardinalium / et a publicatione creatorum / Si qui  
forsan sint / et pcessū cōtra antiquos Cardinales / aliosqz prelatos et  
personas ad Conciliū ipm accedere volentes / et illi vt decet cōsentientes  
Necnon ab impediēdo hmoi cōuocationē Concilij directe vel indirecte  
publice vel occulte quouis quesito colore / Et ab alienatione feudorum  
seu terrarum Sancte Romane Ecclesie in quibus causis omnibus p  
testant dñi nostri nobis obseruandissimi principales de nullitate act⁹  
Nisi a sanctissimo dño nostro in dicto Concilio hmoi fuerint / et aliter  
facta vel faciēda irrita haberi / ac p Conciliū ipsum annullari ac cassari  
debere / ptestant et requirunt / Et quia tutū nō esset nobis pcuratorib⁹  
dictā cōuocationē Concilij / et ptestationē in p̄sentia Sanctissimi dñi  
nostri facere / qui S. R. E. Cardinales fratres suos / et ecclesie Princi  
pes vniuersales carceribus aliqui mancipandos minari fecit / Orato  
resqz Principū cōtra Jus gentium detineri / put notoriū est et p Motos  
rio allegat. Ideo decernim⁹ / qd affixionē hmoi Ledule siue instrumēti  
Cōuocatiōis / Monitionis / seu Protestationis hmoi in valuis Eccle  
siarum Mutinens / Regiens et Permens. Ex quibus ad noticiā veri  
similiter Sanctitatis suę et Reuerendissimorum dominorum Cardinalium  
ac Principū christianorum / et aliorum Predatorum venire poterit / Quam  
veri publici edicti habere petimus / Et principales nobis dñi obser  
uandissimi habere decreuerunt / et valuerunt p̄inde artare ad veniēdū

ad Conciliū supra requisitos ac monitos/ac si personaliter illis fuisset  
intimata vel exhibita ipsa cōuocatio Monitio: prelatio Cum non sit  
verisimile ipsum fore incognitum vel occultū: qđ tam patenter omnib?  
publicatur/De quibus omnibus dictis dñi Consiliarij/ Cōmissarij  
Procuratores petierūt a nobis Notarijs infra scriptis vnū vel plura  
instrumentum vel instrumenta fieri atq; confici debere.

¶ Acta sunt hec Mediolani/in domo habitationis moderne residē  
tie Reuerēdissimi dñi/dñi S. Episcopi Cardinalis prenostim sita in  
Porchiciensi parrochie Sancti Georgij in pallatio Sub Anno  
Inditione Die Mensē et Pontificatu/quibus supra presentib? ibidē  
Illustrissimo dño Galeatio Vicecomite milite magnifico Jurisyrus  
q; doctoris/Dño Hieronymo Wirone filio quondā Joānis Regio  
senatore Mediolani Magnifico domino Bernardino Bacio filio  
quondā dñi Anthonij rectore papie/et dño Benedicto Alibrano filio  
quondā dñi Christophori Vicario omnium capitaneorū Justicie Me  
diolani/ Ac dño Principallo de monte regio Secretario Mediolan  
Tribus idoneis ad premissa vocatis et specialiter rogatis.

## Reuerendis et Egregijs Patribus.

Rectori/Cancellario/Deputatis/Consiliarijs/Magistris et Doctō  
ribus Alme Vniuersitatis Studij Generalis Meydelbergen.

**Adiuratione diuina. Episcopi. Pre  
byteri/S. R. E. Cardinales in Lombardia p bono Ecclesie conue  
nientes.** ¶ Reuerēdis et Egregijs Patribus Rectori et Cancellario  
Deputatis Consiliarijs/ Magistris et Rectoribus Alme Vniuersi  
tatis studij generalis Meydelbergen/ Cū intelligētia pspicitatis et di  
rectionis Ecclesie sancte dei/ Cū frequēs generalium Cōciliorū celebra  
tiones tāq; flumina paradysi semp dei Ecclesiā irrigauerint et fecun  
dauerint/ Illorūq; intermissiones/ tribulos et spinas viciozū/ dissen  
siones/ Errorū et belloz sepius induxerint/ quales hodie grauissimas  
deo permittente patimur/ Effectū inde est/ vt diuina illa Constantien.  
Sinodo/ sanctū sit/ vt decimo quolibet Anno Vniuersale Cōcilium cō  
gregaret/ Id aut animo reuolūtes. S. D. N. ante suā coronationē/ et  
Cardinales omnes in cōclauē existētes/ nobiscū Iureiurando et solēni  
voto post biennium ab eo die generale Cōcilium cōuocare statuerūt/ Ad  
quod exequendū Et si sanctitatē suā aliqui supplices exhortati sumus/

nihil tñ hactenus p̄fecim⁹/Atq; cū sua Sanctitas/et nonnullis alijs  
Reuerēdissimis dñis Cardinalib⁹ negligētib⁹. Et nonnullis forsan nō  
liberā reputem⁹/ Jus omnēq; potestate Cōcilij cōgregādi ad nos esse  
deuolutā/ vt voto nro iurato satisfacim⁹/ labētq; ecclesie succurreret.  
Cōsiliū ipm faciendū curare decreuim⁹/ qđ cū inditiōe Ecclesie/ vt li  
berū nobis ac tutū id agere nō fuerat. Libertate nri sacri ordinis plu  
rimū oppōsa p̄curare nō audem⁹ In Lombardia secessim⁹/ vbi post  
longā maturū nostrū tractatū. Plurimorūq; diuini et humani Juris  
doctissimorū virozū cōsilia/ volūtate et assensu Serenissimi ac Sacra  
tissimi dñi Maximiliani Electi Romanorū Impatoris semp Augusti  
et Christianissimi dñi Ludouici francorū Regis Serenissimi/ Die  
Veneris Sedecima p̄sentis Mensis Maij/ Auxilio dei omnipotentis/ et  
spe bone adberētie aliorū Principū et fidelū/ gñale Cōciliū vniuersalis  
Ecclesie indicim⁹ et cōuocam⁹ celebrādū kal. Septēbris. primi futuri  
In ciuitate Pisana inchoādū/ cōtinuādūq; vsq; ad diffinitionē bone  
et cōstantis pacis inter Christianos Principes belli sufficiētis/ cōtra  
inīde es reformatiōes Ecclesie/ et in capite et in mēbris exirpationes  
Heresum/ Scismatā/ et errorū Christiana republica vigētū/ ac aliorū  
q̄ in Cōcilijs cōuocatiōis cōtinent// quas paternitatib⁹ vris trāsmits  
timus In locis publicis et cōmunitatis affigēdas/ et a vobis bene pensitā  
das/ vt eligere/ et p̄batissimis doctissimisque viris Vniuersitatis vre  
valeatis/ q̄ ad tantā rem/ et plures causas fidei in alijs Cōsilijs nōdū  
cōclusas/ suis cōsilijs iuuādas/ terminādas mittēdi sunt nobiscum de  
omnib⁹ cōsulturi in cōmune/ ad quod/ et si nullo admonēte/ ipōte p̄  
perare debeatis et teneamini/ Hortamur nihilomin⁹ plurimū in dño  
p̄. V. q̄ tam scđ et necessario operi deesse nō velitis/ et ad cōstitutā diē  
nobiscū adesse cōsilijs et rationibus plenissime instructi Christianere  
publice/ et Sancte Ecclesie causas curaturi/ Et bene valete/ Ac nos  
orationib⁹ iuuate/ Mediolani Vicesimatercia Maij/ Anno rē. Vni  
decimo.


Vestri fratres Epi/ Presbyteri/ Diaconi S. R. E.  
Cardinales p̄ bono Ecclesie in Lombardia conue  
niētes vt supra p̄ se et adberētib⁹ sibi cū Mādatis

De mādato p̄latorū dñorū meorū Reuerēdissimorū.

Sigismundus Pindarus Secretarius.

¶ Impressum Norinberge p̄ venerabilem dñm  
Joannē Weyssenburger Presbyterū. 1512.





7


10. 2. 01

480/75/12102(5)

RARA

X13<7512102500025


15. 5. 83  
71












Freie Universität  Berlin



colorchecker DIGITAL SG

calibrite  
A B C D E F G H I J K L M N  
10 9 8 7 6 5 4 3 2 1  
0 1 2 3 4 5 6 mm